



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XVIII. Markgraf Woldemar belehnt die von Stegelitz mit der Stadt Brüssow, den 20. Februar 1318.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

funiculo dimetiri. Quicquid vero lignorum, stagnorum, graminum, paludum et pratorum intra metas seu distinctiones dicte ville vlemindorp continetur et situm est, id ciues ipsius ville cum omni vtilitate integre sibi perpetuo referuabunt. Idcirco vt huiusmodi mensuracionis ordinacio per nos nostrosque successores hereditarios futuris temporibus immutari nequeat, aut eciam retractari, pro eo ciues dicte ville exsoluerunt nobis decem et septem talenta denariorum Brandenburgensium paratorum. Nos quoque eisdem ciuibus presentes Litteras in euidens testimonium conscribi iussimus desuper et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Huius rei testes sunt ffredericus de Cokeftede, haffo de Wedele, Johannes de Oldenvlith, Anno de Margreventdorp, Johannes de Blankenborch, Hinricus de stegelitz, Zabellus, aduocatus noster, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Angermunde, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXV<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, feria quinta in festo pasce, per manus Thydemanni, nostre curie notarii.

Nach dem Originale des K. Geh. Staatsarchives.

XVII. Volrad, Bischof von Brandenburg, investirt den Prior des Klosters Gobelenhagen (Zasenitz) mit der Kirche zu Petersdorf und dem Filial Lubersecken, am 25. November 1297.

Volradus, Dei et apostolice sedis gratia Episcopus Brandenburgensis, vniuersis Cristi fidelibus salutem in vero salutari. Nouerint vniuersi, quod nos priorem in Gobelenhaghen Caminensis dyocesis investiuius et concessimus eidem curam ecclesie in Petersdorp et ejus filie in Lubersecken, dyocesis Brandenburgensis. In cujus testimonium presentem paginam fecimus assignari appensione nostri sigilli. Datum anno domini M. CC. XCVII, in die sancte Katherine virginis.

Nach der Zasenitzer Matrifel aus von Dreger's Abschrift.

XVIII. Markgraf Woldemar befehlt die von Stegelitz mit der Stadt Brüssow, den 20. Februar 1318.

Wi Woldemar, van Gnaden Godis Marcgreue tu Brandenborch, tu Lufitz vnde tu Landesberg, bekennen vnde betughen openbare in dessem ieghenwardighen brieue, dat wi ghelegghen hebben vnde lien rechte vnde redeliken vnsem truen manne Heren Heinrike von Steghelitz vnde sinen rechten Erfnamen tu rechtem lene die Stath tu Burchfow mit allerleye rechte, mit dem fideften vnde mit dem hogesten, mit aller Schede, mit Holte, mit Grase, mit Weyde, mit Watere, mit Molne gebhuet oder noch tu buende, mit ledegen gude, mit verlegenen gude, dat dar inne si, alsit y gelegghen het, mit Kerclene, mit aller Manfchap, mit allem Dienste, mit aller Vryheit, mit Schote, mit Pachte, mit Thinse, slichtes vnde unbeworrens, mit aller nuth, suatz dar aue komen oder vallen mach, also alsit Her Henning von Steghelitz, sin Veddere,

vns lieth. Dar an enfscole wi, noch vnse Erfnamen Heren Henrike von Steghelitz vnde sine rechten Eruen nicht hinderen noch bedruen. Dat alle dese vorbenumeden Dingh stede, ganz vnde vnghebroke von vnfen vnde vnser Erfnamen weggen bliue, so hebbe wi en ghegheuen desen Brief befehelt mit vnsem Insegehele. Deser Dinghe sint Tughe: Greue Gunther von Keuerenberg, Her Ludeken, Her Hasse von Wedel, Her Peter von Nyenborch, Her Henning von Blankenborch, Her Sloteke vnde Her Broseke, die Schenke. Dit is gheschen tu Nyen Stendal, na der borth Godes Dufent iar, Driehundert iar, in dem achteynden Jare, des Manendaghes na Sunte Valentines daghe des Merteleres.

Nach dem Original des K. Geh. Kab.-Archives.

XIX. Die Herzöge Otto und Wartislaw von Pommern vergleichen sich mit dem Fürsten Heinrich von Mecklenburg wegen ihrer Ufermärkischen Besitzungen, am 20. Juli 1323.

Nos Otto et Wartizlaus, Dei gratia Duces Sclauorum, Cassubie et Pomeranie, recognoscimus publice in hijs scriptis, quod ex nostro iussu et mandato speciali fideles nostri vasalli et sinceri terre Verensis ac dilecti nostri consules et commune ciuitatum Printlav et Pozewole promiserunt domino Henrico Megopolitano, nostro auunculo dilecto, ac suis vasallis et ciuitatibus Angermünde, Templin, Strateborch, Vorstenwerder et Jaghow in hunc modum, quod debeamus et velimus contentari in omnibus, que inter nos et ipsum Megopolitanum jure aut amicitia per dominum Henricum, Ducem Saxonie, nostrum arbitrum, fuerint ordinata saltem in hijs, que per nostros milites vtrobique nequeunt terminari, et si nos ipsi vel aliqui de nostris excesserimus post Sonam peractatam, vel intra et infra mensem excessum vel excessus perpetratos, postquam predicti vasalli nostri et ciuitates moniti fuerint cum instantia et nos ulterius habuerint requisiti, ipso mense elapso possunt et debent absque suspicione et quolibet scrupulo ad ipsum Magnopolitanum declinare et eum tenere pro domino, tam diu quousque excessus perpetratos studuerimus cum effectu reformare. E conuerso vasalli sui et ciuitates prenotate nobis et nostris idem promiserunt. In quorum euidens testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>., feria quarta ante festum beate Marie Magdalene.

Aus einer vom Archivar Freih. von Medem mitgetheilten Copie des Stettiner Provinzial-Archives.

XX. Markgraf Ludwig präsentirt dem Bischofe von Brandenburg einen Geistlichen zur Präpositur Stolpe, am 24. Mai 1331.

Reuerendo in Cristo patri ac domino, domino Ludouico, venerabili ecclesie Brandenburgensis Episcopo, Ludouicus, Dei gratia Brandeburgensis ac Lusatie Marchio, nec non Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie ac sacri Rom. imperii Archicamerarius, reuerentiam